



14^a

Nobilissime et Perillustri VIR,
apud magnos omnes merito Magne,

Ecce à Puteano tandem litterae, à tuo; et nonne gra-
tiae? Non me sinit profecto incredibilis humanitas
tua dubitare: faciet prudentia, ne peccasse silentio
videar. Miseram verò nuper De Bissexto librum,
et Coronam Radiatam, sive simplici titulo, Dierum
apud Indos Diorthosis. Alia sciebam pervenisse:
sed ab aliis. In Epistolarum editione pergo, ad tu-
um quoque venturus nomen, quo, velut unione, Mercu-
rius meus splendet. Notaveris, ordinem sic tem-
poris servari, Plinio aliquando repudiatum: Placula
parata sunt: sed difficultas cum typographis, ne
aliis accusem. De Operibus simul omnibus etiam co-
gitabam: praemittam tamen, si licebit, Nundinas
Romanas, et quae Circulum spectant Urbanianum.
MICHALORI petulantia ad novas me Vindicias
coëgit. Ludere volui, quia nihil quod ad rem face-
ret ille scripsit; quia pleraque Apocrysi meâ iam
evant confutata. Interdum, ut me oblectem, OTIA
tua inspicio. Hae deliciae meae sunt. Interdum et
Amicis ostendo, ne solus suavissimam divini ingenii
tui felicitatem venerer. Vale, et me litterarum
affatu Gea. Lovanii, in Arce, XV. Kal. Ianuarias
M. DC. XXXVII.

Constans elegantissimi Genii tui
cultor E. Puteanus.

Hug. 37.

Si litterae meae gratiae sunt, quaeso, ne ingratus
qui eas defert.

Handwritten text at the top of the page, possibly a header or title.

Main body of handwritten text, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.

146

Nobilissimo et Perillustri Viro
CONSTANTINO HUGENIO, Equite,
Ingenio, Prudentiâ, Humanitate
et Musarum studiis Magno.

Hagom.

Hug. 37.

